





Gr. 15. num. 33.

PAVLI PHILIPPI WOLFFHARDTI

I. V. D. ET P. P. H. T. DECANI FAC. IVRID.

PROGRAMMA

DE

CRIMINE
FRACTAE
VRPHEDAE

QVO

AD AVDIENDVM EXAMEN PVBLICVM

DOMINI

ADAMI ARTHVRI CASSELMANNI

RINTELIENSIS

DIE MENSIS MARTII A. MDCCXLVIII

HORA LOCOQVE CONSVETIS

INSTITVENDVM

OMNES FORENSIVM MVSARVM PATRONOS

IVRISQVE ET AEQVITATIS STVDIOSOS

EA QVA PAR EST OBSERVANTIA ET HVMANITATE

INVITAT.

RINTELII TYPIS I. G. ENAX A. T.



cip. prae-
Nonne
cem? si-
m a pau-
reputatur
versu, illa
pars, ibi
rior prae-
Civ. con-
nequeo,
nimum
Speculator,
CORASI-
hanc esse
odie sint
e, confido,
e agi cum
umentum
errantium
de rectius
illo de fess-
us textus,
ZASIVS,
andum S. se
uigar, secure
onsumma-
gressu iuris
raeclari in
num in fo-
I. E. san-
are debere,
neca com-
l quid

P. 448.

1748, 5^a



33

FRAGMENTA

PROG. LIMA

ORIMINE

FRAGTAE

VRPHEDAE

AD

AD ANTONIUM EXEMPTUM

DO. M. M.

AB AMI ANTHONI CASSEL MANNI

ALTISSIMA

IN THEATRO MUSEI HISTORICO

IN THEATRO MUSEI HISTORICO


ORIBUS THEATRUM MUSEI HISTORICO

IN THEATRO MUSEI HISTORICO

IN THEATRO MUSEI HISTORICO

1785

AMSTERDAMI J. B. NEAUME





Vrpheda est vox nostri idiomatis
composita ex Ur, et Phede, Behde, siue
Feide. Particula Ur non solum vi gau-
det intensiua, vt in *uralt, Urälter. Vater,*
Ur: Enckel, etc. Sed etiam in specie notorium,
publicum, iudiciale denotat; hinc *Urlog,* (Batauis
Orloog) bellum publicum, solemne; *Log* enim
Germani vocabant expeditionem bellicam, vnde
adhuc hodie dicimus, *gegen einander zu Felde liegen,*
er ist ihm überlegen, das Lager, er hat eine grosse
Niederlage erlitten, etc. Porro *Urkund, zu Urkund*
dessen: documentum publicum, in publicum rei te-
stimonium; *Urgicht,* publica siue iudicialis rei con-
fessio; *Ur-Friede,* pax publica, *Urtheil,* sententia iudi-
cialis. FEIDAM maiores nostri inimicitiam capita-
lem, quae inter duos pluresque intercederet, nomi-
nare solebant. Vnde deriuatur, *Feindschaft, fesh-*
ten, Fesh: Boden, item feudum, quasi *Feidthum,*
Behdethum, id est patrimonium pro praestatione o-
perarum bellicarum concessum; etsi enim me non fu-
giat,



giat, hanc deriuationem hodie fere esse explosam, mihi tamen videtur verisimilis: Sicut **Eigentum** indigitat patrimonium acquisitum; **allodium** siue **Altthum**, patrimonium auirum; **Reichthum**, patrimonium opimum; **Christenthum** ciuitatem Dei, patrimonium Christi. **VRPHEDA** igitur proprie significat inimicitiam grauem, inter priuatos quidem ortam, sed praeterea publice testatam et actibus hostilibus exercitam. Postea *μετρονυμικῶς* siue potius *ἐλλωπτικῶς* sumtum est hoc uocabulum (sicut et ipsum simplex, feida,) pro publica inimicitiae et uindictae renuntiatione, quemadmodum nostrates eiusmodi figuras orationis in delitiis habere solebant, e. g. in **die Acht erklären** existimatione ciuis, seu membri societatis, aliquem indignum declarare. Hinc **urfreda** et **vrpheda** in effectu non differunt; per illam enim intelligitur pax publice stipulata, per hanc inimicitia publice deposita. Praecipuus utriusque stipulationis usus erat in compositione et transactione inter occisorem et propinquos occisi, uindictae abolendae et iracundiae placandae causa inita. Pro **Wurigeldo** enim ab occisore propinquis occisi, qui nimirum non per insidias, sed uel in duello, uel praeuia diffidatione honesto modo (**auf eine raisonnable Art**) ut putabant, interemptus erat, soluto, hi repromittebant **die Gewehr**, guarandam, id est, omnimodam in posterum securitatem. Gliscentibus deinde diffidationibus, quum maiores nostri, ius in uiribus habere soliti, non solum ob caedem propinqui, sed ob qualemcunque iniuriam, saepe

saepe leuissimam, diffidatoris litteris, in quibus ta-
 men honorem sibi hac clausula reseruare solebant:
Will des meine Ehre gegen euch und die Eurigen be-
wahret haben, animum hostilem sibi inuicem signi-
 ficarent, seque armis, igne, spoliis et rapinis perse-
 querentur, frequentior vrphedae vsus redditus,
 praestandae a captis in eiusmodi bellis priuatis ante
 dimissionem erga lytrum aliquod impetrandam,
 quod pacem seruare, et ab omni vlione *tam iudiciali,*
quam extra iudiciali abstinere vellent. Talem ad-
 huc praestitit **Gottfried von Berlichingen** Saec.
 XVI. foederi Sueuico: **Ferner, daß ich, noch meine**
Erben solch mein Gefängniß und Verhaftt, und was
sich darunter verlauffen, begeben und ergangen hat,
hinsür ewigl. nicht eyßern, ahnden, noch rächen sol-
len noch wollen, durch uns selbst oder jemand an-
dern " " weder mit noch ohne Recht, noch
sonst in keine Weise. DATT. de Pav. publ. l. i. c. 34.
n. l. seqq. et plenius PISTOR. Lebens-Beschreibung Hr.
Gögens von Berlichingen pag. 256. et 263. Interim
 exploratum fere habeo, priscais temporibus eiusmodi
 cautionibus repromissae securitatis nullum accessis-
 se solemne sacramentum, quod Germani datam fi-
 dem rebus omnibus antehaberent, *Tacit. Annal. lib.*
13. c. 14. Nihil certe de interiecto iureiurando legi-
 tur in *Capitul. Caroli M. apud BALVZ. c. 32. f. 371. ibi:*
Et hoc firmiter bannimus, vt parentes interfecti nequa-
quam inimicitiam super commissum malum adaugere au-
deant, neque pacem fieri petenti denegare, sed DATA FIDE
paratam compositionem recipere et pacem perpetuam red-
dere

dere velint. Imo nec collector speculi sax. stricte sic dicti iuratae pacis mentionem facit, quoties de vrpheda loquitur, sed simpliciter ait: **Suhn,** (Veröhnung) **Berichtung und Orveide, die der Mann vor Gerichte thut,** l. 1. art. 8. item: **Bricht aber ein Mann den Friede, den er für sich selber gelobet hat,** l. 3. art. 60. Sed interpretes et glossatores huius speculi, qui Saec. XIII. vixere, nil nisi religiosas asserationes crepant. Credibile igitur est, decretis pontificis de treuga et pace iurisque iurandi nouo vinculo in Germaniam irrepentibus, prouidentiaque Cleri Saec. XII. exeunte et deinceps sensim introductam esse vrphedam iuratam, quae tamen tunc temporis saltem a captis in bello, dum iterum dimitterentur, exigebatur. Epocham, qua delinquentes quoque in carcerem detrusi, torti, poena corporis afflictiua affecti, relegati, ante dimissionem vrphedam iuratam praestare coacti certo determinare non possum. Refert H. Pistoris hoc responsum: **Wo G. den Urfried, des Copey ihr uns zugescht, Friede zu halten, und an Gleich und Recht sich gegen männigl. genügen zu lassen, in gegenwärtiglich Richter und Schöppen vor gehegten Gerichte geschwohren, und er bekennete und verharrete vor Gericht darauf, daß er den zweyen Bürgern nachgelauffen, und den einen mit einem Stein an das Haupt hart verwundet, und daß er den andern Bürger dermassen angetastet, daß er sich sein mit Gewalt hat wehren müssen, und daß er also den gewürckten Frieden gebrochen, so mögtet ihr ihn mit dem Schwerdte richten lassen.**

lassen. Wo aber solcher Urfriede und Fried. Gelöb-
 nis vor gehegten Gericht nicht beschehen " " So
 mögtet ihr ihn nach Gestalt der Sachen zur Stau-
 pen schlagen, und um den begangenen Ur. Frie-
 den, die förderu Glied seiner zweyen Finger, damit
 der Urfriede geschworen, abhauen und dazu verwei-
 sen lassen. Non satis clare ex hoc responso appa-
 ret, an reus ante praestitam vrfredam in carcere, et
 quidem publico, seruatus fuerit, aliquot tamen pri-
 sci moris vestigia notari hic merentur, primum, quod
 seuerius vindicatum fuerit crimen fractae vrfredae
 in iudicio solemnī praestitae, quam simpliciter iu-
 ratae, deinde, quod praeuia fustigatione amputatio
 digitorum et relegatio dictata, denique quod nouam
 vrpheam huic periuro iniungi minime ere duxerit
 ICTus ille cordatus. Tempore autem Caroli V. vrphe-
 dam incarcerationum ob delictum iam in vsu fuisse
 patet ex Sanctione Carolina *art. 20. in. f.* Es soll kei-
 ne Obrigkeit oder Richter kein Urpheed in diesem Fall
 helfen schützen, oder schirmen, daß der Gepeinigte
 seine Schmach, Schmerzen, Kosten oder Schaden
 mit Recht, doch alle thätliche Handlung ausgeschlos-
 sen, nicht suchen mag. Essentia vero vrpheae tunc
 saltem consistebat in promissione iurata de non vin-
 dicanda per vim s. via facti carceris, aut torturae in-
 iuria: daß er die Gefängnis oder Marter weder mit
 Worten, noch mit Wercken, weder heimlich noch
 öffentlich, selbst oder durch einen andern in keinerley
 Weise oder Wege rächen oder ahnden wolle. Altera
 vrpheae hodiernae pars, vi cuius relegatus iurato
 polliceri

te sic
 e vr-
 Ver-
 Mann
 er ein
 t hat,
 s spe-
 alle-
 cretis
 nouo
 entia-
 m in-
 n tunc
 limit-
 quen-
 orpo-
 m vr-
 minare
 sum:
 chtakt,
 gegen
 Richt-
 hwoh-
 gericht
 ussen,
 t hart
 nassen
 wehren
 den ge-
 richten
 lassen.

polliceri tenetur, se nolle reuerti, daß er hinsüro sich in diesen Landen nicht betreffen lassen wolle, Carolo V. ac eius Constitutionis Criminalis interpretibus coaeuis prorsus fuit ignota. *Conf. B. KRESS. in not. ad art. 108.* Consentaneum igitur est credere, eam primum nonnullos iudices temere vsurpasse, post plures eorum vestigia, vt sit, secutos, tandem vniuersali Germaniae consuetudine fuisse introductam. Hodie igitur vrpheda est cautio iuratoria ore prolata ab iis, qui ex carcere propter praecedens delictum dimittuntur, vel relegantur, de non redeundo, nec iniuria carceris vindicanda. Hanc adeo necessariam existimant pragmatici, vt a magistratu remitti nequeat, vt ab incarceratis vtriusque sexus, modo iudicio polleant, quin et a muto exigi debeat, vtpote in cuius, similiter vt in contumacis, animam a carnifice aut licitore praestanda sit. Crimen fractae vrphedae, licet non iuratae, adeo atrox visum maioribus nostris, vt indistincte poenam capitalem reis, vindictam nimirum contra fidem publice datam exercentibus, irrogauerint. Huc pertinet textus *Sp. Sax. l. 3. art. 9.* **Bricht aber ein Mann den Frieden, den er für sich selber gelobet hat, es gehet ihn an den Hals.** Imo nonnunquam, si agnatus insuper habita compositione, occiforem aggrediebatur et prosternebat, poena grauior praesto erat, lingua eripiebatur fidem fallenti, dein idem in quatuor partes secabatur, quatuor rotis imponendas, vt refert *KRESSIVS ad Const. Crim. Carol. 137. §. 2. not. 2.* ex *MEINDERSEN Tr. de iud. cent. pag. 154.* Tandem Carolus V. hunc rigorem

rigorem temperavit, distinguendo, vtrum quis vi hostili factoque capitali contra vrphedam egerit, nec ne? ita vt priori casu vltimo supplicio, posteriori vero abscissione digitorum afficiendus sit. Quatuor proinde modis ex mente Imperatoris crimen fractae vrphedae committi potest. Primum, si quis post vrphedam e carcere dimissus, veteres quidem iniurias non vlturus, nouum scelus noxae capitalis suscipiat. Poena tunc capitalis pro modo criminis commissi decernenda erit. Perduellis nempe secetur in partes, incendiarius viuis comburatur, latro rotam, simplex homicida gladium sentiat vltorem. Ante aliquot annos furi, qui ter furatus, nondum autem punitus erat, fustigatio cum relegatione perpetua dictata erat. Is reuersus furtum reiterauerat. Actis ad nos trasmisissis, malam eum crucem mereri absque vlla haesitatione respondimus, quod prorsus inemendabilis nobis videtur. Porro si quis vindicando iniuriam carceris sibi illatam contra *Const. Crim. Carol. art. 128. et 129.* concussionibus et diffidationibus pacem turbet publicam, capitali animaduersione puniatur. De eo enim proprie dici potest, quod vrphedam capitali crimine fregerit, *daß er eine geschworne Uryphede mit Sachen und Thaten, darum er zum Tode ohndem mögte gestraffet werden, begangen, d. a. 108.* Deinde, si quis vrphedam iurisiur. religione firmatam contemnat, vindictamq; priuatam contra iudicem, assessores, apparitores, accusatorem etc. iniuriis tantum realibus pulsando, verberando, vulnerando etc. exerceat, digitorum abscissione coerceatur. Denique si

B

quis



quis praestita vrpheda minas atroces spargat, vt probabiliter magnum malum ab eo metuendum sit, perpetua eiusmodi turbulenti hominis custodia securitati prospiciatur publicae. Caeterum de crimine fractae vrphedae solo reditu relegati commisso alium in Sanctiōne Carolina silentium. Non nego relegatum ante terminum praeterlapsum, aut sine impetrata venia temerarie contra iuramentum redeuntem vrphedam frangere periurii poena virtute *art. 107.* teneri. Verum Sapientissimus Imperator nullibi praeceperat, vt exulare iussi iureiurando adfringerentur, se nolle reuerti. Perlegas modo formulas sententiarum poenas extraordinarias cum relegatione continentium *art. 198.* Nil ibi reperies de vrpheda a relegando praestanda, nedum de necessitate iurisiurandi de non redeundo. Sicut in reliquis Nemeseos capitibus, ita et in hoc, scita Iuris Ciuilis Legislatorem nostrum praecipue ob oculos habuisse probabile est. Hoc iure autem relegati nunquam adacti, vt sacramento promitterent, se nolle reuerti. Refugae proinde ex relegatione temporaria, in perpetuum, ex perpetua in insulam relegabantur, ex relegatione autem in insulam deportatione, extrema poena, afficiebantur, *l. 4. d. poen. CVIAC. l. 6. obs. 36.* Iure tandem Sax. Elect. iurisiurandum relegatorum de non redeundo, contra intentionem Caroli V. a pragmaticis sensim receptum non solum approbatum, sed et poenae additae, vt solo reditu dolo vrphedam frangentes prima vice amputatione digitorum, secunda fustigatione, tertia gladii poena plecterentur, *CARPZ. P. IV. const.*

48. *et quaest. crim. 47.* Extra Saxoniam prima vice redeunti fustigatio cum perpetua relegatione imminet, altera digitorum abscissio, quod illa sine dubio acerbior fustigatione, tertia denique vice gladius, siquidem communi doctorum asserto fidem adhibemus. Mitigari quidem solet haec poena ob varias causas, quas in compendio videas in cel. I. S. F. BÖHMERS *Elem. iurisprud. Crim. sect. 2. c. 3. §. 54.* Sed quaeritur, si relegatus, nec stupidus et tardus, nec propter ullam aliam causam excusandus, sed vere contumax et pertinax post rer praestitam vrpheam tertium redeat, atque adeo diserte dicat, se nec posse nec velle prouinciam aut ciuitatem, ex qua relegatus est, vitare, ane vltimum supplicium in eum statui debeat? Vbi expressa lex adest, legem quamuis duram sequendam esse non negauerim. Difficile est legem positiuam manifestae iniquitatis arguere. Iudex tamen quocunque iuris colore ad emolliendam huiuscemodi legis asperitatem recte vtetur. Rapiet, non saltem capiet occasionem, quae praebet benignius responsum *l. 168. pr. de R. I.* Ipsos Saxoniae ICTos eo inclinasse testatur ICTus quondam Vitembergensis IO. CAR. NAEVIUS in *Tr. de iuramentis P. 3. c. 13.* pronuntiatumque A. 1700. ab ordine suo refert: So haben wir, daß Inquisition zwar mit der erkannten ordentlichen Straffe des Schwerdts zu verschonen, gleichwol aber mit Ruthen im Gefängniß zu züchtigen, billig gesprochen. Im übrigen aber in mehrer Betrachtung, daß Inquisition sich des Stehlens beflissen, und zu unterschiedenen mahlen darin betreten worden, hiernächst die poena carceris perpetui

pro-
per-
curi-
mine
o al-
nego
t sine
atum
poena
s Im-
reiu-
legas
lina-
Nil
, ne-
ndo.
hoc,
cipue
atem
itte-
lega-
n in-
infu-
, l. 4.
Elect.
con-
n re-
addi-
rima
ione,
const.
48.

perpetui denen Canonischen Rechten, imgleichen der
Peinl. Halsger. Ordnung *art. 102.* gemäß, auch de-
nen Sächsl. Rechten nicht zuwider, so wol sonst ei-
nem Richter aus wichtigen Ursachen darauf zu er-
kennen unbenommen, *CARPZ. qu. 3. n. 6. seqq.* zu Ver-
hütung mehrer besorgenden Deuben, daß Inquisition
Zeit ihres Lebens in leidlicher Verwahrung zu behal-
ten, und zur Arbeit anzuhalten, erkannt. Sed
extra Saxoniam tertium redeunti gladii poenam
iuste decerni posse vix putarem, 1) quia iure civili
poena periurii summa caesio fustium, iure Carolino
amputatio digitorum statuta est, 2) quia iuris Sa-
xonici extra Saxoniam nulla autoritas, 3) quia
praxis contraria irrationalis, ex sinistra interpreta-
tione iur. Sax. vet. et Carolini orta. 4) Quia semel
periurus non erat ad nouum iuramentum admitten-
dus, 5) quia asperioribus remediis non vtendum,
quoties lenioribus securitas publica obtineri potest,
6) quia poena carceris perpetui capitali aequipollet,
et ad coercendum hominem turbulentum, nedum
tranquille viuentem, plane sufficit *a. art. 176. C. C. C.*
Obiiciunt quidem dissentientes: 1) vniuersalem Ger-
maniae consuetudinem, 2) concurrere hic duplex
delictum, tum quod exulare iussi non pareant, tum
quod contra iuramentum praestitum agant, et periurium
haud leue committant. Iniuriam Deo illatam Mi-
nistros Dei, Principes ac Magistratus vlcisci debere;
adeo insignem contumaciam crimini laesae Maiesta-
tis affinem esse. 3) Tertio delinquentem ex con-
suetudine deliquisse existimandum esse, eaque pro-
pter multo grauius puniri debere, ac si semel tantum
vel

vel bis deliquisset, in tantum, vt delictum, quod per se mereatur solam poenam pecuniariam, saepius commissum, vltimo supplicio puniri queat, 4) veluti etiam in crimine furti reum ob delictum tertia vice reiteratum ad furcas condemnari, 5) in sacris litteris Semeim, iussum non digredi, digressum, a Salomone, iure meritoque necatum esse, idque vel maxime ob interpositum iuramentum, siquidem Salomo eum his inter alia verbis increpauerit: cur Iouae iusiurandum, et meum tibi datum praeceptum non seruasti? *Reg. III. cap. 2. interpret. Castell.* 6) custodia perpetua magistratum magis puniri, quam delinquentem, hoc supplicium forte adeo non fomidantem, vt id potius beneficii loco habeat cum Phormione Terentiano *Aet. 2. Sc. I. v. 20. ibi: Dices: ducenti damnatum domum.*

Alere nolunt hominem edacem: et sapiunt mea sententia,

Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere.

Sed responderetur ad 1) Consuetudo est facti, adeoque probanda, de vniuersali autem Germaniae consuetudine quoad hanc poenam minime constat. Obseruauit ill. Dn. a LEYSER, cui pariter ac iurisprudentiae studio de opere immortali Meditationum ad Pandectas feliciter ad finem perducto hic publice gratulamur, vulgum Doctorum opiniones CARPZOVII plerumque serui pecoris more sequi, nec considerare, vtrum eae iure communi, an solis legibus Saxonice electoralibus nitantur, et sic tandem legem Sax. electoralis, vnicum doctrinae Carpzonianae fundamentum, reputari pro lege, aut minimum consuetudine Germaniae vniuersali. *BLUMBLACHERVS* e.g. *Ictus Bauar. in Comm. ad C.C.C. art. 108. n. 2. seqq.* *CARPZOVII* quaestionem criminalem de crimine fractae

fractae vrphedae eiusq; penis simpliciter excerptis. Non desunt tamen, qui testentur, eiusmodi rigorem extra Saxon. non obseruari, sed carcerem imponi, donec inquisitus per cautionem sufficientem securitatis et paritionis fidem facere possit. ZEPPEL. *discurs. de vrpheda n. 22.* Supra laudatus NAEVIVS l. c. §. 7. 2) Puniendi contumaces et perituri, sed non tollendi. Inobedientia non aliter in crimen Maiestatis incidit, quam si ea ex contemptu supremæ potestatis proficiscitur. Rufficitatis et in hoc delicto ratio habeatur. Non admittendus fuisset homo leuis, noxius, damnatus ad vrphedam prima vice praestandam, multo minus ad repetendam eandem, cogendus. Quomodo enim iudicem non metuens, quem videt, Deum metuet, quem non videt? Nomen Dei inaniter non est adhibendum. Nudae promissioni reorum idem effectus tribui poterit, quam iuratae. Praestaret igitur vrphedam, tanquam inutile et temerarium iuramentum, plane abrogare, et ius vetus Germ. et Romanum reducere. 3) Falsum est, vnumquodque delictum, quamuis leue, saepius commissum, vltimo supplicio puniri posse; Furta lignorum, etsi decies repetita, multa vnus thaleri coerceri solent. *Ord. Ref. Hass. Wilhemi VI.* ob blasphemiam (mediatam puto) prima vice multam floreni, secunda vice duorum flor. tertia, poenam carceris cum multa dictat. Recordor, me puerum a maioribus natu audiuisse; nobilem quendam Marchicum ceruum in silua electorali errantem globulo transuerberasse, cui delicto tum primum poena quingentorum thaler. statuta erat; accusatum multam legitimam pependisse; paullo post facinus iterasse. Tunc amicos ei repraesentasse metum longe grauioris poenae indignationisque horrendae Principis satis seueri. Reum proinde confestim aulam petiisse, aditum ad Principem intercessione patronorum impetrasse, pecuniam numeratam ad pedes eius deposuisse, cum magna prece, vt sibi ignosceretur. Electorem autem placide sedateque respondisse: Mi care et fidelis! pro tali pretio omnes ceruos meos venales habeo. Addebant, qui mihi hanc rem enarrabant, se non comperisse, quod nobilem posthac



posthaec cupido inceserit, tertium insectandi ceruum.
 4) Inter furem et periurum refugam hoc interest, quod ille securitatem ciuitatis turbet, hic nemini, nisi exemplo noceat. Optandum autem foret, vt et in furto simplici, licet aliquoties iterato, perpetua furis custodia in locum poenae laquei surrogaretur; 5) Semeis non tam ob contemptum praecepti Salomonis et periurium, quam ob crimen laesae maiestatis aduersus Dauidem antea perpetratum interemtus est; 6) Fiscus Magistratum multis gaudet commodis, ideoque non iniquum est, vt et aliquod incommodum sentiat. Aerario forsitan exhausto subueniant ciues, non egeni, sed locupletes, quibus aliquid admi potest, quorumque interest, bonis suis secure vti et frui. Hi contribuant quinquagesimam, aut saltem centesimam bonorum suorum partem in erectionem ergastulorum. Quaedam regiones abundant castellis montanis, quae exiguis sumtibus ad perpetuam reorum custodiam aptari possent. In vincula coniecti operantes sibi victum quaerant. Caeterum non displicet mihi sententia B. KRESSII ad art. 108. in f. *vbi lex deficit, nec consuetudo probata, ob simplicem reditum repetitum nisi* 1) relegatus sit insigniter improbus, 2) relegatio ob atrox delictum decreta, 3) multaue mala a relegato reuerso metuenda, vltimum supplicium vix a bono et aequo iudice decernetur. His praemissis exponamus vitae curriculum

Viri Nobilissimi et Doctissimi

ADAMI ARTHVRI CASSELMANNI, Rintelensis,

Aduocati Cancell. Reg. Hasso-Schaubenb. Ord. desig.

Natus is est A. supra mille septingentesimum decimo quinto, Patre Viro Amplissimo huius ciuitatis Consule, et Coenobii Möllenbeccensis Aduocato meritissimo, cui nihil magis curae cordique fuit, quam vt hunc filium secundo genitum magistris idoneis mature in disciplinam traderet. Vfus proinde est Praeceptoribus non poenitendis Conrectore Scholae reformatae KOCHIO, solertissimo, Rectore b. WINECKE, postea Metropolitano Gotzbührensi plurimum reuerendo, porro Rectore HVTH, hoc tempore Pastore Eccles. Allen-

Allendorffensis integerrimo, quorum fideli manu ductione in linguis eruditibusque liberalibus tantos breui fecit progressus, ut vnicuique aequo studiorum aestimatori ad capessenda altiora idoneus videretur. Adscriptus est ciuitati academiae Praeectore tunc temporis Magnifico, IOH. NIC. FVNCCIO Eloquentiae et Historiarum Professore celeberrimo, cuius ductu saepe vertit stylum, optimum et perfectissimum dicendi opificem. Nec minus alacri animo audiuit Virum Acutissimum CONR. FRID. ERN. BIERLINGIVM, Phil. primae et Logices Professore Excellentissimum, Logicam et Historiam I. R. G. pragmaticam diserte copioseque tradentem. Propius deinde ad Sacra Themidis accedens B. BECKERO Professore Iuris extraordinario Ius Naturae et Institutiones praelegenti, mihi quoque, Strykii praecognita iuris et Constitutionem Criminalem Carolinam explicanti, operam dedit honestam et assiduam. Praecipue vero sectatus est Virum illustrem FRID. VLR. PESTELIVM, Facultatis nostrae et totius Academiae Seniore Venerandum, quo docente non solum disciplinam moralem, mores Germanorum veterum, quos Tacitus memoriae prodidit, ius Naturae, Institutiones, Pandectas, consuetudines Feudorum, ius publicum et ordinem processus iudicialis ad ductum B. Ludouici percepit, sed etiam de iure controuerso disceptare feriemque actorum et litis cuiusque praecipua momenta litteris consignare didicit. Tulit igitur primos industriae suae fructus. Postquam enim iusta iuris vtriusque scientia repletus per aliquod temporis spatium tam in dicasterio huius Comitatus illustri nomine, iussu, consilio optimi Patris, quam sua sponte in iudiciis inferioribus diuersas studiose defendisset causas, priuilegia Aduocati Cancellariae Regiae Hassio Schauenburgicae ordinarii ab AVGVSTISSIMO nostro nuper impetrauit, sub ea tamen conditione expressa, ut prius censuram Facultatis nostrae in conspectu omnium, qui interesse vellent, subiret. Proximo die Lunae huic legi satisfaciet, ad quem actum proinde omnes liberarum artium Cultores et Fautores, in primis vero iurium Studiosos, decenter inuito.


Rinteln, Diss., A48-61

ULB Halle
005 023 203

3



TA → OL nr 1+ 24 Stück



B.I.G.

Farbkarte #13

18
PAVLI PHILIPPI WOLFFHARDTI
I. V. D. ET P. P. H. T. DECANI FAC. IVRID.

Cr. 75. num. 33.

5

1748, 5^a

PROGRAMMA
DE
CRIMINE
FRACTAE
VRPHEDAE

P. 448.

QVO
AD AVDIENDVM EXAMEN PVBLICVM
DOMINI
ADAMI ARTHVRI CASSELMANNI
RINTELIENSIS
DIE MENSIS MARTII A. MDCCXLVIII
HORA LOCOQVE CONSVETIS
INSTITVENDVM
OMNES FORENSIVM MVSARVM PATRONOS
IVRISQVE ET AEQVITATIS STVDIOSOS
EA QVA PAR EST OBSERVANTIA ET HVMANITATE
INVITAT.

RINTELII TYPIS I. G. ENAX A. T.

